

Quæst. II3. Quid prohibet decimum  
præceptum?

Resp. Ne vel minima cupiditate aut cogitatione  
adversus ullum Dei præceptum corda  
nostra unquam solicitentur, sed ut per-  
petuò & ex animo omne peccatum de-  
testemur; contraque omni justitia dele-  
ctemur.

Quæst. II4. Possunt ne autem illi qui  
ad Deum conversi sunt, hæc præ-  
cepta perfectè ser-  
vare?

Resp. Minime: verùm etiam sanctissimi quique,  
quamdiu vivunt, habent tantum exi-  
gua initia hujus obedientiæ: Sic tamen,  
ut serio ac non simulato studio, non se-  
cundum aliqua tantum, sed secundum  
omnia Dei præcepta vivere incipient.

Quæst. II5. Cur igitur vult Deus legem  
suam adeo exactè & severè prædicari,  
cùm nemo sit in hac vita, qui eam  
servare possit?

Resp. Primum, ut in omni vita magis magisque  
agnoscamus, quanta sit naturæ nostræ  
ad peccandum propensio, tantoq; avi-  
dus remissionem peccatorum & justi-  
tiam in Christo expetamus: Deinde, ut  
hoc perpetuo agamus, illud semper me-